

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Comitvm Par Genere, Potentia, Opibvs, Heroicaq. Virtvte  
inclytum B. Godefridus, Vuestphalus, S. Romaricuſ,  
Austrasius**

**Serarius, Nikolaus**

**Mogvntiæ**

Cap. XXVIII. Godefridi Comitis à laudato viro laus, & aduersarij pudefactio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37252**

42 GODEFRIDI COMITIS  
spondit: Quid ergo? Nonne tuis-  
mice, oculis in præsentiarum com-  
probas, facta esse omnia? Miror qui-  
dem valde tantæ impudentiæ figme-  
ta. Quia enim temeritatis audacia mili-  
ea usurparem, quorum hodie nulla pro-  
prietas omnino mihi residua est, queqm  
Dei solius sunt attributa seruitio? Scis  
tu, Deus meus, quod etiam si filios  
nutriendos ex fœmina illa succep-  
sem, stipem potius necessitatibus nostraris  
statiim mendicando, paruulosq; in cervice  
mea gestando conquerirerem, quam eorum  
quippiam, quæ Dei sunt atq; seruorum e-  
ius, aliquatenus temerare auderem. Hæc  
audientes qui aderant, tantam tanti  
viri sinceritatem, altissimamq; pau-  
pertatem vsquequaque non sine fle-  
tu mirati sunt.

CAP. XXVIII.  
*Godefridi Comitis à laudato viro  
laus, & aduersarij pudefactio.*  
**T**Empore quo maximè Friderici  
Comitis aduersus virū Dei fer-  
uebat

uebat persecutio , quemadmodum  
ab eodem furore suo vel ad modicū  
tyranni refracta fuerit immanitas,  
occultare non debeo. Accidit vt il-  
lis diebus apud Traiectum fieret, præ-  
sente ac iubente Imperatore Henri-  
co, Comitum , Marchionum , alio-  
rum conuentus nobilium , vbi & i-  
psum contigit adesse Fridericum. Dū-  
ergo tractatis nonnullis Imperij ne-  
gotiis seorsim in secretario suo resi-  
deret Imperator , confidentes forin-  
secus Principes , vt assolet, multa inter-  
sevario sermone ferebant. Cum ecce v-  
nus Sueorum Princeps bene Chri-  
stianus, dissimulans omnino se, quis  
esse Fridericus, agnoscere, cœpit illum  
facetissima vrbanitate , in illius sena-  
tus audientia , confutare , hoc modo  
Godefridi nostris, eiusq; fratris con-  
uerzionē inducēs : Paululum , inquit,  
ō heroes & cōmilitones dignamini  
aduertere. Auditū est , & celebri ser-  
mone vulgatū in finibus nostris me-  
morabile gratię Dei miraculū, q; vide  
licet.

## 44 GODEFRIDI COMITIS.

licet Capébergéses Comites duo, di-  
uina inspiratione cōpuncti , omnia  
sua Domino Deo nostro reddidere,  
ita vt omnis hæreditas ipsorum in  
obsequium pauperū CHRISTI , Deo  
iugiter seruientium cedat in perpe-  
tuum. Felices nimur viri mul-  
tumque beati, quibus à Domino tan-  
tæ virtutis est collata ingenuitas, tam-  
que sublimis propositi feliciter est  
consummata voluntas , qui nostris  
diebus vniuersis CHRISTI fidelibus  
magnificum sanctitatis ac voluntarię  
paupertatis largitiſunt exēplum, se-  
ipſos quoque non dubitantes humi-  
liter in eorundem Dei pauperum ag-  
gregare consortium. Sed ecce, ô ne-  
fas , quidam in vicinia illa filius dia-  
boli Fridericus nomine de Arnesberg  
tantæ sanctitatis bonum, vt fama est,  
præpedire nititur , atque nubilo ca-  
catus auaritiæ in ipsum Deum, quod  
nullus ambigit Christianus , infelicia  
bella machinatur. Ego vero si Deo  
nostro hic pessimus mortaliū aliquā-

do præ-

do præualuerit, minus libenter ipsi  
Deo me deinceps seruiturum profi-  
teor, qui tantam nominis sui iniuriā  
propulsare noluerit. Nec tamen de-  
sperare queo, in cōflictu isto, Dei fu-  
turam esse victoriam. Inter hæc autē  
irrisoria Principis verba, infelix ille  
grauissima confusione deiectus huc  
illucque vultum declinabat, loquen-  
tis aspectū ferre non sustinens, nec in  
tali conuentu præ conscientię impie-  
tate, vel mutire præsumens.

## C A P. XXIX.

*Godefridi apud prædурum Domi-  
num pro vincis sup-  
plicatio.*

Hoc tamen compertum nobis &  
certum est, quod post conuentū  
illum regressus domum, aliquātum  
cœpit agere mitiūs, missaq; nuntio,  
virū Dei magna cū lenitate depreca-  
tus est, vt dignaretur Arnesberg ad  
sūnū venire colloquium. Hic sperans  
eum.